Soldani custodiebant, nimio timore perteriti, ipsam civitatem Ierusalem relinquentes, omnes pariter fugierunt. Quod christiani audientes, nullo obsistente civitatem Ierusalem intraverunt et ipsam possiderunt. [Eodem anno in vigilia sancti Iohannis baptiste orta tempestate cum inundancia pluviarum in villa Appolde et vicinis villis et in civitate Ihene, que sita est prope fluvium Sale, nocturno tempore homines promiscui sexus XXXV submersi sunt, domicilia deducta sunt, et pecora plurima perierunt.

Urbanus quartus consecratus est sub anno Domini MCCLXI, qui dicebatur Iacobus et fuit patriarcha Ierosolimitanus. — Thür. Quell. II. [Eodem anno inter — Cron. Minor = Cr. S. J. — Ierosolimitanus ?
papam — — marcas argenti dares. // Hic papa — Cr. Reinh.
instituit solempnitatem novam corporis Christi feria ~~quarta~~ quinta post octavam penthecosten celebrandam per octavam. Ipse eciam defunctus est in Biterrio eodem anno. — p

[Anno Domini MCCLXII. Iste papa congregata multitudine tam cleri quam populi cum cardinalibus et pontificibus XIIII. kal(end). Decembris incepit predicare solempniter crucem in succursum Terre Sancte et fratribus Minoribus ac Predicatoribus per litteras apostolicas datas Viterbii stricte dedit in mandatis eandem crucem instanter per Dei ecclesiam predicare cum larga indulgencia. — Chr. Minor c. 435. ohne Cr. R. S. — Viterbii

Anno Domini MCCLXIII. Orta est gravis discordia — — et rex Normannie frater suus et duo filii ipsorum a populo captivi abducti sunt cum aliis multis nobilibus — (Cr. S. J.) Cr. Reinh.

Clemens quartus papa ordinatur sub anno Domini MCCLXV, a beato Petro centesimus nonagesimus tercius. Ille autem vocabatur Gwido et fuit archiepiscopus Narbonensis et factus est cardinalis, electus — Thür. Quell. C. — aut